



ORDO ET METHODUS COGNOSCENDI ET CU- RANDI CAUSUM.

CAPUT I continet præloquium.



Tupendum sanè horrendumque naturæ mi-
raculum, cùm è rupto montis vertice ingens eja-
culatur flammarum incendium.

Campania, felix illud ac beatum amœnitatis
domicilium, & Paradisus Italiæ, per varias ætates
& repetitas vices hujusmodi genus calamitatum
passa est, quæ, ne perfectâ beatitudine fruatur,
hujus timoris frequenter acerbitate concutitur. Dulce ergò &
amarum unà miscentur ipsi.

Vesuvius, mons hujus regionis famosissimus, Nolæ fluvio
vicinus, horrendum in imis visceribus alit monstrum, omnibus
post exclusionem incolis sævam minans tyrannidem.

Mirandum sanè, montis hujus radicem mirâ agri fertilitate
esse conspicuum, fontes etiam frigidissimos exhibere, frutices ale-
re umbrosos, qui contra fervorem solarem quiescentes amœnâ
tuentur gratiâ, & vel ventulo impulsi à nimio æstu languentia ho-
minum reficiunt corpora. Vertex contrâ magnâ sui parte
planus habetur, sed totus sterilis & aspectu cinereus est, cavernas
osten-

A

osten-